

parte, per se loquendo, per accidens tamen id potest contingere, supposita ignorantia invincibiliter ex parte unius, v. g. si unus ex illis invincibiliter ignoret jus quod alter habet in aliquam provinciam, vel civitatem, pro qua bellum geritur: ita similiter (inquunt) quamvis per se loquendo repugnari dari actionem humanam indifferentem in individuo, per accidens tamen id potest contingere, & de facto contingit in illo duplici casu in objectione adducto.

35 Sed hæc solutio & doctrina displicet: tum quia D. Thom. universaliter asserit, nunquam posse dari actum indifferentem in individuo: tum etiam quia si semel hoc admittatur, omnia replebimus actibus indifferentibus & otiosis; quia poterit quilibet dicere, se velle uti opinione probabili Scoti & Vasquez, & sic poterit multiplicare actus fidos, & generare habitum morale indifferentem, qui neque erit virtus neque vitium; quod repugnat Aristoteli & D. Thom. nam Philosophus a. Ethic. c. 3. inquit quod habitus morales versantur circa illa, per quæ homo fit melior vel deterior. Et c. 12. asserit quod habitus existentes in voluntate, vel sunt virtutes, vel vitia. Idem docet S. Thom. infra qu. 54. art. 3. & in proemio q. 55. ubi dicit nullum habitum morale esse medium inter bonum & malum. Unde

36 Melius & facilius responderetur, negando primum casum esse possibilem: quia quamvis secundum rationem speculativam possit quis tale præceptum invincibiliter ignorare, non tamen secundum rationem practicam. Ut enim ostendimus, est præceptum fidei dictam generale synderesis & prudentia, omnes actiones humanas & deliberatas in bonum honestum dirigendi, seu nunquam sistendi in bono delectabili tanquam in fine, & nunquam otiose aut inutiliter operandi: prima autem principia, tam speculativa quam practica, singulis hominibus ab Auctore natura infusa sunt, ut mediis ipsis possint se tam in speculativis quam practicas dirigere, unde de illis in nullo homine, quantumvis bardo & stulto, ignorantia invincibilis dari potest. Ad illud quod subditur de opinione probabili, dicendum non esse licitum sequi opinionem minus probabilem, in concursu probabilioris, sed nos teneri eligere id quod probabilius & verosimilius iudicamus, ut in dissertatione de probabilitate, infra subjicienda, fuisse ostendimus.

37 Obijciæ secundo: Agere aliquid solum ad delectationem capiendam, seu ordinare operationem aliquam ad bonum delectabile tanquam ad finem, non est malum, nec rationi difform, sed mere indifferens: Ergo possunt dari actus indifferentes in individuo. Consequentia patet ex dictis in prima probatione conclusionis: Antecedens probatur. Comedere vel bibere absque necessitate, solum ad delectationem capiendam, scilicet ob frigiditatem potus, vel siccitatem cibi, non est contra rationem, dummodo id sanitas non noceat: similiter odorari flores, ut res aromaticas, ob solum delectationem ex bono odore capiendam, aut inspicere pulcras plancias, ob solum delectationem quam visum in earum aspectu percipit, vel audire musicam ad capiendam auditus delectationem, non est malum, nec peccatum, quis enim hæc damnet? Ergo edere aliquid ob solum delectationem capiendam, seu operationem aliquam ad bonum delectabile tanquam ad finem ordinare, non est malum, nec rationi difform.

Respondet, negando Antecedens: cum enim operationes non sint propter delectationem, sed e converso delectationem propter operationes, ut docet D. Thom. supra relatus, qui eligit operationem propter delectationem, & propter hanc solum operatur, inordinate agit: unde qui propter solum delectationem comedit aut bibit, vel aliquid aliud operationem sensualem elicit, peccat; ut non obscure docet Augustinus 10. Confess. c. 31. ubi loquens de tentatione gula, sic ait: *Cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam desiderata periculosa iucunditas, & peripitatio prope conatur, ut ejus causa fiat quæd solutus causa, ne facere vel dico, ut voto: aperte indicans, cum causa solius voluptatis editur aut bibit, malum esse. Et c. 33. agens de voluptate auri, inquit: Sed delectatio carnis mea, cui mentem meam anervandam non oportet dari, sibi me fallit, dum rationem sensus non ita committit, ne patienter sit posterior, sed tantum quia propter illam mentem admittit, etiam præcurrere aut dicere conatur. Ita in his peccat, non sentiens, sed postea sentit. Et intra: Cum mihi acciderit, ut me amplius carnis quam res que carnis moveat, me peccasse confiteor.* Ergo cum quando aliquid agit ob solum delectationem, hæc amplius moveat, quam res, & non fit posterior, sed præcurret ac ducat, malum, & peccatum erit.

38 Advertendum tamen, ut delectatio sit volita propter operationem, atque adeo recte & secundum ordinem rationis, non esse necessarium, ut semper actu & formaliter intendatur bonum honestum, ad quod ex sua natura tendit bona operatio, sed satis esse ut virtualiter sit intentum: unde quamvis quis accedens ad mensam, non cogitet de conservatione vite, sed solum de cibi delecta-

tione, non propterea peccat, quia talem delectationem propter operationem vite conservativam, saltem virtualiter vult, sicut non inordinate, nisi forte, propter immoderatam concupiscentiam delectationis ciborum superflue cibum sumat. Enim (inquit Gregorius lib. 30. moral. c. 27.) *sumendus sunt, que natura necessitas querit, & non que edendi libido suggerit.*

Et his intelligens, fallam esse, & bonis moribus adver- 39 sam, Joannis Sancti sententiam, qui disp. 23. n. 25. contendit finem solius delectationis in conjugatis, nec peccatum quidem esse veniale: *sicut non est, pulcrum prospicere campum, fragrantem rosam odoratum ob voluptatem amovere, suavi melodiis libere aures dare. Hæc enim doctrina aperte repugnat SS. Patribus, præsertim Augustino lib. de bono conjugali c. 6. sic dicens: Conjugalis concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentia vero satianda, sed tamen cum conjuge, propter finem thori veniale habet culpam. Et c. 7. Reddere debium conjugale (inquit) nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem, est culpa venialis. Item 4. contra Julian. c. 14. ait: Hoc malo (libidinis) bene utuntur nuptis, cum conjuges procreant filios per illam, nilique faciunt propter illam. Unde lib. 5. esp. 12. asserit, quod si aliter quam per concubitum possit procreari proles, & tamen concubere conjuges, aperitissima libidini cedent, atque illo malo uterentur male. Cum vero propter quod sexus ambo sunt instituti, nisi eorum commixtione non nascitur homo, propter hoc mixti conjuges, illo modo utuntur bene: si autem de libidine querant etiam voluptatem, venialiter male. Et superius lib. 2. ejusdem operis c. 10. dixerat, Conjuges contrahere unde quæritur dicit: Dimittite nobis debita vestra, quando modum generationis necessarium causa solius voluptatis excedant. Similia habet Gregorius Magnus lib. 12. moral. c. 17. alias 20. Tunc (inquit) solum conjuges in admixtione sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscntur. Et de cura Pastoralis p. 3. admonit. 28. Admonendi sunt conjuges, ut suscipiendus prole se meminerint causa conjugis; & cum immodeerate admixtionis scientes, propagationis articulum in usum transference voluntatis, pergant ad quod licet extra non exeat, in isto tamen conjugio, conjugii jura transgredient. Unde idem est, ut crebris exhortationibus monentur, ut delectent, quod pulcrum copule speciem admixtæ voluptatis faciunt. Nam duces ceterarum fecuti sunt Scholastici, signanter Magister sententiarum lib. 4. dist. 26. & 31. D. Thom. ibidem qu. 2. art. 2. ubi ait: *Umbus solis modis conjuges absque omni peccato conveniunt, scilicet causa procreanda prole, & debiti reddendi, alias semper est ibi peccatum ad minus veniale.**

Ex quo patet falsum esse quod ait Tamburinus 7. lib. 40 c. 3. §. 5. n. 5. nempe: *ut omnia peccata etiam veniale vitentur, finis in matrimonii usum aliquis ex his quatuor esse debet; prole in Dei cultu procreanda; carnis concupiscentia satianda; sanitas propria ususque conferenda; propriæ obligationis satisfacienda.* Patet, inquam, hoc esse falsum: cum D. Thom. duos solum fines agnoscit, propter quos sine culpa actus conjugalis fieri possit, nempe causas procreande prole, & reddendi debitum conjugale, & D. Augustinus supra relatatus asserit, quod cum conjuges de libidine querunt voluptatem, venialiter peccant.

Objiciet tertio: Actus qui sunt ob solum commoditatem naturæ, ut fricare manus ad depellendum frigus, deambulare ad adjuvandam digestionem, & utendam sanitatem, & similes, nec sunt boni, nec mali: Ergo sunt indifferentes. Consequentia patet, Antec. probatur. Et in primis quod tales actus non sint boni, videtur manifestum: tum quia non sunt ob honestatem virtutis, sed ob solum naturæ commoditatem: tum etiam quia si essent actus virtuosus, possent esse materia voti, quod est ridiculum, stultum enim esset tales actus votare. Quod autem non sint mali, etiam patet quia alias essent materia sufficiens confessionis: cuius oppositum eo ex constat, quod nemo de illis se accusat, nec sacerdos aliquis absolvit accusantem se tantum de illis. Unde D. Hieronymus ep. 89. ad Augustinum, quæ est 11. inter epistulas Augustini, loquens de his actibus indifferentibus, & ad solum naturæ commoditatem pertinentibus, inquit: *bonum est continentia, malum est luxuria, inter utrumque indifferens ambulare, digerere auti sererere, capitis natisque purgamenta projicere, spiritus rheumatis jacere, hæc non est bonum, nec malum: siue enim feceris, siue non feceris, nec justitiam habebis, nec injustitiam.*

Ad hoc argumentum patet responsio ex supra dictis: diximus enim supra quod si prædicti actus ad sanitatem, & ad rectam corporis humani dispositionem, aliumve honestum finem fuerint aliquo modo necessarii, vel utiles, in eisque debitus modus & mensura fervetur, vane sunt actus boni & honesti, sicut alii quibus lapsi corporis provideamus; unde de eis ordinatur ad bonum virtutis, saltem virtualiter, & distantur a recta ratione & prudentia, proceduntque a naturali in nos ipsos dilectione, quæ honesta est, & bona moraliter. Non tamen ut plurimum sunt materia congrua voti, quia hoc debet esse

DISPUTATIO VI.

De Moralitate actus interioris.

Ad quæst. 19. D. Thomæ.

Ergimus hac usque cum D. Thoma q. 18. de moralitate actuum humanorum in communi: nunc breviter dicendam de moralitate actuum interiorum, qui sunt præcipue intentio & electio, de qua Sanctus Doctor q. 19.

ARTICULUS I.

An bona intentio ex prava electione vitietur, & electio prava ex bona intentione restitueatur, vel saltem bonitas intentionis, diminat malitiam electionis?

Tria hic inquirimus, seu tres difficultates breviter hic discutendas movemus. Prima est, an actus intentionis, qui ex se & ex proprio objecto non habet unde vitietur, sed ex illa parte forer bonus, ex eo quod fit causa mala electionis reddatur malus: v. g. cum quis ex intentione efficaci dandi elemosynam, furatur ut tribuat elemosynam; queritur an intentio illa fit mala, seu vitiosa ex electione hujus mali mediæ? Secunda difficultas est, an intentio boni finis possit aliquando totaliter anferre malitiam electionis pravi mediæ: v. g. an licet aliquando mentiri ad tuendam vitam proximam, vel aliquod grave damnum evitandum? Vel utrum virgo, ut invalem sine pudicitia effugiat, possit absque peccato de præcipitate in flumen, ut sibi manus violentas inferre? Tertio queritur, an supposito quod intentio boni finis non auferat totaliter malitiam prave electionis, cum saltem æqualiter minuat; ita ut furum quod fit intentio dandi elemosynam, non fit adeo gravis, sicut esset si abique hujus boni finis intentione fieret.

§. I.

Prima difficultas resolvitur.

Dico primo: Quando intentio per se & necessario cum prava electione connectitur, ab ea vitietur: sicut vero, si per accidens tantum, & ex malitia eligentis, cum ea conjugatur.

Probatur prima pars: Quando intentio per se & necessario cum prava electione connectitur, in eam influit, ipsaque virtualiter continet; nam intentio est voluntas circa finem, non quomodocumque, sed ut acquirendum per mediæ, & ex ipsa movetur operans ad ea eligenda: Sed quod influit in peccatum, seu trahit voluntatem ad illud, malum est: Ergo intentio que per se cum prava electione connectitur, eamque necessario infert, est mala, & a tali electione vitietur. Unde S. Bernardus in libro de dispensatione & præcepto cap. 17. dicit, quod ut rectus sit oculus intentionis, duo requiruntur, nempe caritas in intentione, & veritas in electione: hoc est restitudo finis, & mediæ electæ.

Probatur secundo: Actus humani bonitatem aut malitiam moralem desumunt a circumstantiis, ut supra ostensum est: Sed cum aliquis ex intentione efficaci dandi elemosynam furatur, tale furctum est circumstantia illius intentionis: Ergo cum vitiat & corumpit. Minor probatur: Effectus per se ex aliqua actione sequutus, est circumstantia quidam: id etiam quod ad aliquod faciendum præstat operam & auxiliam, est ejus circumstantia, nimirum circumstantia quibus auxiliis: Sed cum aliquis ex intentione efficaci dandi elemosynam furatur, furctum est effectus per se ex tali intentione sequutus, & mediæ cuius operæ & auxilio utitur ad finem illam obtinendum: Ergo ex duplici capite est circumstantia illius intentionis.

Probatur tertio: Sic se habent intentio & electio in practici, sicut principium & conclusio in speculativis, ut docet Philosophus 7. Ethic. cap. 8. Sed quando ex aliquo principio pro bonum consequentiam infertur conclusio falsa, tale principium in se falsum est: Ergo similiter cum ex intentione per se & necessario infertur prava electio, seu eligitur malum mediæ, talis intentio est in se mala & vitiosa.

Ex his probata manet secunda pars conclusionis. Nam quando intentio non connectitur per se cum prava electione, quod assumatur malum mediæ, non provenit ex vi intentionis, quæ id non exigit, nec ad id determinat voluntatem, cum illa sit contenta electione mediæ honesti quo finis possit obtineri, sed malum mediæ provenit ex pravitate voluntatis illud eligentis: Ergo tunc electio talis mediæ non reddit malam priorem intentionem: sicut cum ex defectu arguentis, ex principio vero deductur falsa conclusio, hujus falsitas non redundat in ipsum principium, nec illud reddit falsum, sed in arguentem, qui male ipsum applicat, & ratione hujus malæ applicationis ex vero falsum deductit. Unde qui habens bona proprie

de bono meliori, & sæpe quamvis exercere illos actus sit bonum, melius est mortificationis gratia ab illis abstinere: sicut licet sit bonum carnis veluti temperate, non est per se materia voti, quia melius est ab eis propter Deum abstinere. Si vero prædicti actus ob solum delectationem exercentur, sunt peccata venialia; sicut actus conjugalis, propter solum delectationem factus, est malus moraliter, & veniale peccatum, ut supra vidimus: unde sicut iste actus est sufficiens materia confessionis, ita & illi qui ad naturæ commoditatem pertinent, quando sunt deliberati, & propter solum delectationem sunt. Quia tamen intentiones sunt, & si fiant cum consilio & deliberatione rationis, ad sanitatem, vel honestam recreationem, vel naturæ quietem & solatium virtualiter saltem relectur, regulariter sunt materia dubia, & ideo prudens sacerdos raro debet his solum ab intentionem impendere, sed monere penitentem, ut de aliis licet jam confessis, qua certo fit facile peccata, se accuset.

Ad locum autem D. Hieronymi, in quo vim maximam faciunt Adversarii, facile respondetur, ipsum solum velle, actus illos naturales, quos ibi recenset, non esse ex sua specie & objecto determinate bonos, aut malos, sed indifferentes: observationem vero antiquæ legis, de qua ibi loquitur, semper facile aut determinate bonam, aut determinate malam ex sua specie, nam ante adventum & passionem Christi erat determinate bona, post ejus passionem determinate mala, cum legalia per Christi passionem & novæ legis promulgationem fuerint abrogata. Non asserit tamen Hieronymus, actus illos naturales, quos ibi enumerat, prout sunt in individuo, & sunt veluti sui circumstantiis, esse indifferentes, quia possunt ex circumstantiis vitari, nam si quis spua in alium projiceret ex contemptu, aut ventrem in loco sacro purgaret, absque dubio peccaret: sicut licet præcepta & sacrificia antiquæ legis, ante adventum Christi essent ex se & ex sua specie determinate bona, & Deo gratissima, tamen ex pravo fine, aut ex aliis circumstantiis, eorum adimpletio sæpe fiebat mala, ac Deo invisæ & abominabiles, ut ipse conqueritur Isaia 1. his verbis: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum: holocausta arictum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum volui. Et c.*

Inflat Vasquez, & contendit, D. Hieronymum loco citato admittere actus indifferentes non solum in specie, sed etiam in individuo, subdit enim, *siue feceris, siue non feceris; nec justitiam habebis, nec injustitiam; ly autem feceris* (inquit Vasquez) denotat exercitium actionis in individuo, cum actus non possit fieri nisi in individuo & singulari.

Verum hæc instantia frivola est: nam sicut ego, qui censeo non dari actum indifferentem in individuo, dicem: *tre in agrum, neque est bonum neque malum, sed indifferens: unde siue vadās, siue non vadās, neque bonum feceris, neque malum*, ineptissime quis interpretaretur quod pono actum in individuo indifferentem: ita pariter inepte arguit Vasquez, dum inest Hieronymum admittere actus indifferentes in individuo, quia de actibus supra enumeratis dicit: *siue feceris, siue non feceris, nec justitiam habebis, nec injustitiam*. Nam esse ly *feceris* denotat actum particularem & in individuo, potest tamen & debet intelligi Hieronymus de illis operibus sumptis in particulari, & ut fiant in individuo, secundum id individuale quod habent ex objecto; ex qua parte verum est prædictos actus, five fiant, five non fiant, neque ad justitiam nec ad injustitiam pertinere. Ob hoc tamen non negat quod ex fine, & aliis circumstantiis, quæ objecto & speciei accidunt, debeant tales actus habere bonitatem aut malitiam, supposito quod fiant cum deliberatione.

Objiciet quarto: Si quis ob exercitium dumtaxat propriæ libertatis, aliquem actum ex specie & objecto indifferentem eliceret, v. g. festucam de terra levaret, talis actus neque esset bonus & honestus, neque malus & vitiosus, sed omnino indifferens, cum exercere propriam libertatem, vel sit determinate bonum, aut determinate malum, sed pure indifferens: Ergo potest dari actus indifferens in individuo.

Respondet, quod si aliquis semel tantum aut bis aliquem actum ex specie & objecto indifferentem faceret, eo solo fine ut libertatem exereret, talis actus esset bonus & honestus; haberet enim finem honestum, scilicet exercitium propriæ libertatis, quam aliquando exercere, etiam circa actum ex objecto indifferentem, honestum est. Si vero hæc vellent ob eam dumtaxat finem operari, tales actus non essent boni & honesti, sed mali & otiosi: quia licet semel aut iterum exercere libertatem circa actus indifferentes, honestum sit, & rationi consonum, lapsus tamen id facere, nullam habet honestatem, sed otiositatem.



proprie efficaciter intendit dare elemosinam, in tali intentione non peccat, etiamsi illi det, postea furatur...

6. Confirmitur: Quando malum medium per accidens coniungitur fini honesto, non est ejus circumstantia, quia nec est effectus per se...

7. Obijcies primo contra primam partem conclusionis: Intentio secundum se est prior quam electio...

8. Respondeo, quod licet intentio sit prior actu electionis formaliter sumpto, ipsa tamen electio, ut virtualiter in intentione contenta...

9. Obijcies secundo: Intentio elemosynae, etiam si fiat ex furto, est in specie misericordiae...

10. Respondeo negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum quod elemosyna, quae est virtus, non consistit in sola subleuatione miseriae...

11. Obijcies tertio contra secundam partem conclusionis: Omnis pravus effectus imputatur causae liberae...

12. Respondeo primo, quod cum eligitur primum medium post rectam intentionem, non eligitur in virtute ejus...

13. Secundo respondetur, concedendo quod homo utitur bona intentione praevalente, saltem virtualiter manente...

S. II.

Secunda difficultas exponitur.

14. Deo secundo: intentio boni finis non excusat malitiam pravae electionis: unde ea quae sunt intrinsece mala, ut mendacium, furtum, homicidium, &c.

Est contra Cassianum Collat. 17. cap. 18. ubi approbare videtur sententiam Abbaris Ioseph, dicentis licitum esse mentiri propter aliquem bonum finem...

S. III.

Solvuntur Objectiones.

Plures tamen & difficiles contra istam conclusionem 15 ex Scriptura & SS. Patribus fieri possunt instantibus. Primo objici solent verba illa Salvatoris Matth. 6.

Respondeo primo, admissio nomine oculi, & arboris, si significat intentionem, & nomine corporis, ac fructus electionem, seu quodcumque opus ex ea sequitur...

Respondeo secundo ex Augustino lib. de opere Monachorum cap. 26. & Bernardo lib. de precepto & dispensatione cap. 17.

Ad id quod dicitur de homicidio, respondetur quod si Moyses est excusandus in occisione filii Aegyptii...

Adde etiam pro secundo testimonio, nomine arboris, posse intelligi voluntatem; non præcise ut intendentem, sed ut eligentem...

Obijctur secundo: Multi actus de se mali & peccati non, a Scriptura & SS. Patribus ex bono fine excusantur...

nic. Antecedens probatur tum in mendacio, tum in homicidio: nam Genesis 20. Abraham dicit de Sara uxore sua, quod esset soror ipsius...

19. Respondeo negando Antecedens, & ad illa quae afferuntur pro mendacio excusando, in primis dico, Scripturam multorum mendacia referre, sed non ea approbare, aut excusare...

20. Secundo dico, Abraham non fuisse mentium, cum dixit Saram esse sororem suam: quia vere soror erat ex parte patris...

De Jacob etiam dicendum est ipsum non fuisse mentium dicendo Patri, Ego sum primogenitus tuus Esau: tum quia primogenitura illius de jure ei debebatur...

Respondeo primo: Omnis finis quantumvis sit bonus secundum se, tamen si moveat efficaciter ad malum medium, vitiatur, & efficitur malus...

Confirmitur: Qui furatur ad dandam elemosinam, constituit ultimum finem in elemosyna, & non tantum in furto, cum propter elemosinam sciendam, transgrediatur præceptum divinum non furandi...

Ad objectionem respondeo, quod licet intentio elemosynæ, ex qua imperator malum medium, sit mala in individuo, habet tamen speciem boni...

Ad locum vero Augustini duplex potest adhiberi solutio. Prima est, Augustinum solum velle quod ille qui furatur, & dat elemosynam ex re furto subrata, gravior peccat per accidens...

Adde etiam quod licet intentio elemosynæ sit bona electio, non quidem per se, seu per introductionem aut admixtionem alicujus bonitatis...

Solum difficultas est in verbis Hieronymi, quibus videtur docere, licitum esse seipsum occidere ad servandam

castitatem. Duplex tamen huic testimonio potest adhiberi responsio. Prima est, Hieronymum solum velle, licere se occidere propter periculum castitatis, quando id fit ex instinctu Dei...

S. IV.

Tertius difficultas exponitur.

Deo tertio: Intentio boni finis diminuit malitiam pravae electionis. Ita communiter docent Theologi contra Alainum, Lorcan, & paucos alios.

Probatur conclusio ex communi omnium, non solum Theologorum, sed etiam fidelium consensu: omnes enim sibi persuasum habent minus peccatum esse, mentiri ad tuendam vitam proximi, vel aliquid grave malum vitandum...

Ratio etiam id statet: Tum quia qui furatur ad dandam elemosinam, habet voluntatem minus deordinatam & minus affectam peccato: cum non habet pro motivo furatum ut est malum...

Confirmitur: Sicut circumstantia aggravat peccatum, ita & illud diminuit, ut docet D. Thom. infra qua. 73. art. 7. Sed intentio finis est una ex circumstantiis...

S. V.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo: Omnis finis quantumvis sit bonus secundum se, tamen si moveat efficaciter ad malum medium, vitiatur, & efficitur malus...

Confirmitur: Qui furatur ad dandam elemosinam, constituit ultimum finem in elemosyna, & non tantum in furto, cum propter elemosinam sciendam, transgrediatur præceptum divinum non furandi...

Ad objectionem respondeo, quod licet intentio elemosynæ, ex qua imperator malum medium, sit mala in individuo, habet tamen speciem boni...

Ad locum vero Augustini duplex potest adhiberi solutio. Prima est, Augustinum solum velle quod ille qui furatur, & dat elemosynam ex re furto subrata, gravior peccat per accidens...

Adde etiam quod licet intentio elemosynæ sit bona electio, non quidem per se, seu per introductionem aut admixtionem alicujus bonitatis...

Solum difficultas est in verbis Hieronymi, quibus videtur docere, licitum esse seipsum occidere ad servandam



modo sequeretur, si rem furatam, non in elemosinam, sed in ebrietatem, fornicationem, aut aliam rem impenderet: unde elemosina non per se, sed per accidens tantum influit in illam impotentiam restituendi, subindeque per accidens tantum auget peccatum.

Secundo haec verba, *auget potius peccatum quam minuat*, explicari possunt de augmento malitiae, non quantum ad gravitatem, sed quantum ad numerum peccatorum: ibi enim Augustinus agit contra hereticos, existimantes delictum esse furari ad dandum elemosinam; & ut talem errorem destruat docet peccatis etiam bona intentione factis, augeri numerum peccatorum; nam cum talia peccata, etiam si in bona intentione mala intentione factis, revera peccata sint, & bona intentione non totaliter excusentur, ut §. precedenti docuimus, illis multiplicatis, non minuitur, sed potius augetur numerus peccatorum.

Ad confirmationem dicendum cum Cajetano 2. 2. q. 148. art. 4. dupliciter aliquid posse habere rationem ultimi finis respectu peccatorum: primo ut quod, tanquam rem quae ut ultimus finis appetitur, secundo ut quo, tanquam rationem propter quam in illa re ratio ultimi finis consistitur: v. g. femina respectu luxuriosi habet rationem ultimi finis ut quod, quia est res quae ut ultimus finis ab eo appetitur; ejus vero pulchritudo, quae est ratio movens & inducens impudicum, ad hoc ut avertat se a Deo ut ultimo fine, & ad talem creaturam se convertat, habet rationem ultimi finis solum ut quo. Quod ergo habet rationem ultimi finis primo modo, non minuit, sed auget malitiam peccati: id vero quod tantum secundo modo est ultimus finis, potest malitiam peccati, seu pravae electionis minuire, non quidem ex ea parte qua malum est, vel inducens ad malum, sed quatenus alias secundum se inducit rationem boni, & facit actum esse minus voluntarium: unde cum isto secundo modo elemosina habeat rationem ultimi finis, quando movet ad faciendum, non auget, sed minuit malitiam furti.

Objicies secundo: Si aliquis ex malo fine eligat aliquid quod medium bonum, v. g. ex intentione adulterii eligat ire ad Ecclesiam; vel dare elemosinam, ex bonitate talis medi electi non minuitur, sed potius augetur peccatum male intentionis; cum tunc ex majori inclinatione in pravam illam finem feratur: Ergo pariter bonitas finis intenti non minuit, sed auget malitiam pravae electionis. Consequenter patet a paritate rationis: nam sicut ut finis est circumstantia electionis, ita & converso electio est circumstantia intentionis: Ergo si una non minuit malitiam, licet sit circa objectum bonum, alia pariter eam non minuet, quavis sit circa objectum honestum.

Respondendo, concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem. Ratio discriminis est, quia finis est circumstantia *ext.* movens voluntatem ad eligendum, et quae praebet rationem formalem volendi; unde ex bonitate rei intentionis potest minuire malitiam pravae electionis, minuendo voluntarium pravam, ut antea exposuimus: medium autem seu electio est circumstantia *int.* respectu intentionis, & se habet ut ejus effectus, & ut quid consequens ad ipsam; unde est medium fit bonum ex objecto, non minuitur malitia pravae intentionis, sed potius tota malitia intentionis redandatur in ipsam medium, tanquam in ejus effectum, omnemque ejus bonitatem destruit.

ARTICULUS II.

Utrum voluntas humana, ut recta sit, debeat conformari divinae, non solum in volito formali, sed etiam in volito materiali?

§. I.

Quibusdam praemissa difficultas resolvitur.

Notandum primo: Quod licet prima regula humanam actum, quae est lex aeterna, praecipue consistat in dictamine intellectus divini; quia tamen efficaciam & vim obligandi sumit a voluntate divina, D. Thom. hic art. 9. inquit utram bonitas voluntatis humanae dependat ex conformitate ad voluntatem divinam? Et respondet affirmative: quia (inquit) usumquodque rectum & bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram: prima autem humanae voluntatis regula seu mensura est divina voluntas; cum illa sit ipsa restituendo & sanctitas per essentiam, & summum bonum, ac ultimus finis: Ergo ad hoc quod voluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur voluntati divinae. Unde Augustinus in Psalm. 32. exponens illum versiculum, *Restos decet collaudare*, ait: *Restum cor habet qui vult quod Deus vult.*

Notandum secundo ex eodem S. Doctore art. 10. ejusdem questionis, quatuor modis intelligi posse, voluntatem nostram conformari divinae in operando, secundum quatuor causas generas. Primo in genere causae finalis, in quantum voluntas nostra vult propter eandem finem, propter quem divina. Secundo in genere causae for-

malis, quia nimirum eadem est, sicut analogice, utriusque forma: & hanc habet quando operatur ex caritate, quae est analogica divinae dilectionis, ex qua Deus semper operatur, participatio. Tertio in genere causae efficientis, quatenus Deus vult ut permittit nostram voluntatem vel se quod vult, & eam ad volendum applicat, & hoc modo semper voluntas nostra conformatur divinae; quia semper vult quod Deus efficitur decernit, aut permittit eum velle, ut fuso ostendimus in tractatu de voluntate Dei, agentes de efficacia divinatorum decretorum. Denique in genere causae materialis: & hanc conformitas desumitur ex parte objecti, quod se habet ut materia circa quam: unde reperitur in nostra voluntate, quando vult idem objectum quod divina. Quod ut magis declaretur,

Notandum est tertio, ex qu. 23. de ver. art. 7. in ob- jectis voluntatis duo esse consideranda: unum quod est quasi materiale, scilicet ipsa res volita, aliud quod est quasi formale, scilicet ratio volendi, quae est finis: sicut in objecto visus color est quasi materiale, lux vero quasi formale, quia per eam efficitur color visibilibus actus; & sic ex parte objecti duplex conformitas inveniri potest, una ex parte voliti, ut quando homo vult aliquid quod Deus vult; alia ex parte rationis volendi, sive ex parte finis, ut cum aliquis propter hoc vult aliquid propter quod Deus, &c. Haec appellatur conformitas in volito formali; illa vero dicitur conformitas in volito materiali. Inquirimus ergo, an duplex haec conformitas cum voluntate divina ad restituendum voluntatis humanae requiratur: Pro resolutione

Notandum quarto, seu potius suspendendum, quod quando divina voluntas circa aliquid materiale volitum in particulari non innotescit nobis, non tenemur ei conformari. Unde ante cognitam divinam voluntatem Beati Augustini inter se pugnant & contrariantur, ut dicitur Danielis 10. Et Ecclesia, quia divinae providentiae & praedestinationis secreta ad decreta ignorat, orat pro omnibus fidelibus ut solutum consequantur aeternam; quamvis plures esset illis sit reprobi, quibus Deus non vult conferre vitam aeternam. Item David laudatus est a Domino, eo quod cogitaverat edificare ipsi templum (quod tamen non erat conforme divinae voluntati, quia disposuerat ut non ipse, sed filius ejus Salomon templum ei edificaret) quia David talem divinae voluntatis dispositionem ignorabat. Solum ergo difficultas est, an quando divina voluntas circa aliquid materiale volitum in particulari nobis innotescit, tenemur ipsi conformari. Expliciter autem potest nobis innotescere & manifestari, scilicet per revelationem, per praecceptum, vel per operationem: nam eo ipso quod Deus aliquid revelat, praecipit vel operatur ad extra immediate per seipsum, ut mediabantibus causis secundis, ab ipso volitum esse constat: unde praecceptum & operatio ad extra inter signa divinae voluntatis numerantur.

Denique suspendendum est, quod tamen divina voluntas sit nota quocumque ex his tribus modis, non tenemur ei conformari secundum appetitum sensitivum, vel voluntatem ut est natura, sed postquam ei diffinitur, & velle oppositum: v. g. licet infirmus ex effectu evidentior cognoscatur voluntatem Dei esse ut infirmetur, non tenetur tamen secundum appetitum sensitivum complacere sibi in illa infirmitate, & eam appetere; quoniam appetitus sensitivus naturaliter respicit nocivum & destruentivum suppositi, & hanc inclinationem bona est, & a Deo, & idem dicendum de voluntate ut natura, quae etiam respicit bonum totius suppositi. Unde Chrysostomus in hortu olivarum trahatur, & respiciat mortem, secundum appetitum sensitivum, & secundum voluntatem ut natura erat, & inclinatio totius suppositi, cum de nostrae naturae communione dicebat: *Tristis est anima mea usque ad mortem. Pater si possibile est, transeat a me calix iste.* His pro resolutione difficultatis praemissa.

Dico primo: Homo tenetur voluntatem suam divinam conformare in volito formali, seu in fine. Conclusio est certa, & a nemine negatur, nisi forte ab illis qui admittunt opera in individuo indifferentia; haec enim non tendunt in Deum, seu bonum divinum tanquam in finem. Probatur primo: Conformari voluntati divinae in volito formali est ipsi conformari in ratione communi & generali, propter quam Deus operatur; & quae est bonum commune totius universi, secundum quod tale bonum ordinatur ad ipsum Deum, & ad ejus gloriam; ut ad finem: Sed voluntas humana non potest in hoc honeste & rationaliter discrepare a divina, ut patet: Ergo homo tenetur conformari voluntati divinae in volito formali, saltem negative, hoc est non discordare positive ab illa in tali volito.

Probatur secundo ratione quam insinuat D. Thom. hic art. 10. in resp. ad 1. ubi ait: *Deus qui vult velle, vult sub ratione boni; & ideo quatenus vult aliquid sub quocumque ratione boni (non apparentis, sed veri, ut explicat Cajetanus) habet voluntatem conformem voluntati divinae, quantum ad rationem voliti.* Unde sic potest formari ratio: Ex hoc actus voluntatis humanae conformatur voluntati divinae in volito formali, quod tendit in bonum divi-

divinum, sicut voluntas divina, id est, tanquam in finem: Sed homo in omni sua operatione tenetur, virtualiter saltem & implicite, tendere in bonum divinum tanquam in finem: Ergo & conformari voluntati divinae in volito formali. Major patet, Minor probatur. Quilibet actus humanus & deliberatus debet esse honestus & bonus moraliter: cum nullus possit dari actus humanus indifferens in individuo, ut dispositione praecedenti ostendimus: Sed omne opus moraliter bonum, ex se & ex natura sua tendit in Deum, seu est propter bonum divinum tanquam propter finem ultimum; cum procedat a Deo ut primo principio, & sit quedam participatio bonitatis divinae: Ergo homo in omni sua operatione tenetur, virtualiter saltem & implicite, tendere in bonum divinum tanquam in finem. Dixi virtualiter saltem & implicite, quia homo non tenetur actu formali & expresse omnes suos actus in bonum divinum tanquam in finem ultimum referre, sed sufficit quod velit operari propter bonum honestum, quod ex propria natura tendit in bonitatem divinam nisi impedimentum male circumstantia opponatur.

Dico secundo: Homo non tenetur conformari voluntati divinae in volito materiali, nisi quando voluntas divina nobis praeccepto vel prohibitionem manifestatur. Est contra Alensem, D. Bonaventuram, Nominales, & alios antiquos Theologos, quos refert & citat Ildephonsus hic disp. 214. dubio 3.

Probatur primo ex D. Thom. qui expressissime docet hanc conclusionem, multis in locis, praesertim hic art. 10. ubi ait: *Voluntas humana tenetur conformari divinae in volito formali; tenetur enim velle bonum divinum & commune, sed non materialiter.* Et qu. 23. de ver. art. 8. in corp. *Divina (inquit) voluntati simpliciter in fine conformari tenetur; in volito autem non nisi secundum quod illud volitum consideratur sub ordine ad finem: qui quidem ordo semper debet nobis merito displicere secundum aliquam aliam considerationem, scilicet secundum quod in contrarium finem est ordinabile.* Quibus verbis rationem fundamentalem nostrae conclusionis insinuat, quae potest sic breviter proponi. Eadem res volita, quae est objectum materiale voluntatis, potest esse bona secundum rationem universalem, & mala secundum rationem particularem: Ergo potest simul esse recte volita a Deo ut auctore & provisorio universali, & nolita ab homine ut casu particulari. Consequenter patet: quia tam voluntas quae vult rem ut habet rationem boni, quam quae non vult illam ut habet rationem mali, bona est. Antecedens probatur: nam, ut inquit S. Thom. *Voluntas fertur in suum objectum, secundum quod a ratione proponitur: consuetudo autem aliquid a ratione considerari diversimode, ita quod sub una ratione est bonum, & secundum aliam rationem non bonum.* Unde si intellectus Dei, qui est creator & gubernator universalis omnium, proponat ejus voluntati aliqua objecta mala & disconvenientia, puta pestem, bellum, mortem aut alias miseriae & calamitates, ut conducant ad manifestationem suae justitiae, aut misericordiae, vel ad bonum & pulchritudinem universi, illa erunt bona & convenientia respectu voluntatis divinae, mala autem & disconvenientia voluntati humanae: quia intellectus humanus, cum sit particularis, ea non proponit sub ratione illa generali bona, sed ut mala & nociva proprio supposito cuius voluntas est inclinatio: Ergo, &c.

Hac ratio illustrari potest exemplo occisionis Iatronis, quae secundum rationem universalem, & relationem ad bonum commune reipublice, qua ratione eam considerat Iudex, bona est, sicut Iudex, dum vult occisionem Iatronis, quia iusta est, bonam voluntatem habet: secundum rationem vero particularem, quatenus scilicet est privato vitae Iatronis, familiae disconveniens, qua ratione eam considerat uxor & filii ipsius, mala est, sicutque voluntas uxoris, & filiorum, nolentium maritum, aut patrem occidi, est etiam bona. Cum ergo pariter eadem res, v. g. mors hominis, relata ad communem ordinem universi, vel propter ostensionem divinae justitiae, possit esse bona, mala vero respective ad filium huius hominis, qui ejus patrocino orbatus manet, & ad quem non attinet communis ordo universi, aut divina justitia, poterit simul iuste & rationabiliter esse volita a Deo, & nolita ab homine. Unde Augustinus in Enchir. cap. 101. ait: *Aliquando bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult. Tanquam si bona filius pariter vult vivere, quem Deus bona voluntate vult mori, Similia habet Anselmus in libro de voluntate Dei, ad medium, & in libro de similitudine cap. 159. ubi haec scribit: *Non semper debemus velle quod Deus vult, sed hoc debemus velle quod Deus vult nos velle debere. Vult enim Deus B. Martinum ab hac vita tollere: sed si ejus discipulus hoc tunc vult, & credens existit, ut noverunt quod Deus vult sed voluerunt quod Deus vult nos velle debere, & vitam justitiae tenere.**

Confirmatur: Omnes res mihi molestas & nocivas scio in particulari esse factas a Deo, subindeque ab ipso volitas, ut venenum, agritudinem, ardorem solis, combustionem ignis, mufcas, pulices, culices, serpentes, &c. & tamen non tenor omnia ista velle, quia molestas & nociva sunt, Theol. Gestet, Tom. III.

sed possum ac deo ea fugere & vitare: Ergo non omni volito materiali tenor conformari, tamen sciam in particulari esse volitum a Deo, sed possum illud respicere, & media ad illud vitandum, inquirere, & adhibere.

Adverte tamen; quod quando aliquis adhibet hujusmodi media voluntati divinae opposita, non debet id facere ex intentione repugnandi voluntati Dei, sed impediendi efficaciam & ordinationem ipsius providentiae, alias peccaret; sed solum ut repellat a se id quod sibi nocivum & molestum est.

Adverte etiam me dixisse in conclusione, hominem non teneo conformari voluntati divinae in volito materiali, nisi quando voluntas divina nobis praeccepto vel prohibitionem manifestatur: quia hoc est discrimen inter voluntatem Dei praecipientem, vel prohibentem aliquid, & omnes alias, ut voluntatem beneplaciti, consilii, permissionis, quod haec voluntas praecipiens, vel prohibens, habet annexam voluntatem obligandi hominem ad agendum vel non agendum aliquid, quod non habent aliae voluntates. Unde D. Thomas 2. 2. quest. 104. art. 4. ad 3. ait: *Est non tenetur homo velle quod Deus vult, semper tamen tenetur velle quod Deus vult cum velle: & hoc homini praecipue innotescit per praecceptum divinum, & ideo tenetur homo in omnibus, divinis praecceptis obedire.*

§. II.

Solvuntur objectiones.

Objicies primo contra secundam conclusionem: D. Thom. in 1. dist. 43. q. unica. art. 4. docet quod licet voluntas ut natura, & appetitus sensitivus, possit resistere id quod Deus vult, deliberata tamen voluntate tenetur conformari divinae voluntati in volito. Ubi loquitur aperte de volito materiali: nam respectu voliti formalis non habet locum appetitus sensitivus, aut voluntas ut natura, cum non possit attingere finem propter quem Deus operatur. Et qu. 23. de ver. art. 8. ad 3. ponit differentiam inter voluntatem Praelati & Dei, aitque, *Quod voluntas Praelati non est regula nostra voluntatis, sicut divina voluntas, sed praecceptum ejus.* Ergo juxta D. Thomam ista obligatio conformandi nos divinae voluntati non est regulanda per praecceptum, sed per simplicem voluntatem.

Propter haec testimonia Conradus hic super art. 10. & Suarez tract. 3. disp. 11. sect. ultima, existimant S. Thomam esse in ea sententia, quod voluntas humana deliberata, tenetur conformari divinae in volito materiali. Verum cum S. Doctor tam clare & perspicue locis supra adductis sententiam nostram expresse, de ejus mente non est dubitandum, sed ista loca debent juxta ea quae in aliis expresse docet exponi. Unde ad primum dicendum est, D. Thomam loqui de voluntate deliberata, ut sequitur cognitionem apprehendentem rationes superiores & divinas; quam voluntatem contraponit appetitui sensitivo, & voluntati ut est natura, quae non respiciunt superiores rationes, & motiva, quibus divina voluntas movetur, sed solum particulares & proprias, quae sibi naturales sunt: fit autem accipiendo voluntatem, tenetur conformari voluntati divinae in volito etiam materiali: quia tunc voluntas illud non consideratur secundum se & absolute, sed prout fact sub ordine ad finem, ad quem Deus illud ordinat, subindeque ipsam volitum formale, id est motivum ipsius voluntatis divinae, involvit.

Ad secundum respondetur, D. Thom. loqui de voluntate divina pro volito formali: quia dicit voluntatem Praelati non esse regulam nostrae voluntatis, sicut est voluntas divina, sed praecceptum ejus; constat autem voluntatem divinam esse regulam, non ratione voliti materialis, sed ratione voliti formalis: quia formalis ratio volendi in Deo est ipsa iustissima rerum omnium dispositio, cui semper tenetur conformari: ratio autem formalis qua movetur Praelatus, est particularis quaedam ratio & dispositio, cui subditus non tenetur conformari, nisi adit praecceptum.

Objicies secundo: Nos petimus in oratione dominica, ut fiat voluntas Dei in terra sicut in caelo: At in caelo Beati conformantur voluntati divinae, non solum in volito formali, sed etiam in materiali, ut concedit D. Thomas hic art. 10. ad 1. Ergo & in terra debent viatores voluntatem suam conformare divinae, etiam in volito materiali: maxime cum voluntas Dei in omni suo volito fit iustissima, & rectissima, & volitum; utpote primum in tali genere, fit regula, & mensura ceterorum. Adde quod ad perfectam amicitiam requiritur concordia voluntatum, seu quod amici habeant idem velle & nolle. Denique 1. Regum 16. Dominus increpavit Samuelem, eo quod lugeret Saulem, quem ipse reprobarat, dicens: *Uspicuo tu luget Saule, cum ego profecerim eum ne regnet; Sed non est credibile Prophetam tunc discordasse a voluntate Dei in volito formali (effect enim opponere se divinae providentiae, & peccatum mortale) sed solum in volito materiali, ex amore Saulis quem ipse in regem unxerat: Ergo non solum in volito formali, sed etiam in materiali, tenetur conformari voluntati divinae,*



47 Respondeo haec verba orationis dominicae, *fac voluntatem tuam sicut in celo, & in terra*, vel esse intelligenda de voluntate praecipitiva; & per eam nos petere a Deo, ut in omnibus in terra divinis obtemperemus praecipis, sicut Beati in celo semper obedimus Deo in omnibus, ut ex Augustino exponit S. Thomas in Catena, super haec verba, & 2. 2. q. 89. art. 9. ad 1. & 1. p. q. 19. art. 11. Vel si sit sermo de voluntate Dei respectu, cuiusqueque voluntati, solum denotare nos debere conformari divinae voluntati in quocumque volito, non secundum se & absolute, sed prout stat sub ordine ad finem ad quem Deus illud ordinat, velleque ut ordo divinae voluntatis in omnibus impleatur. Quod vero in patria omnes conformentur divinae voluntati materialiter, est propter illius status perfectionem, ubi cognita Dei voluntate, operantur solum secundum rationes aeternas & superiores, & sub illo motivo quo Deus vult res illas; sed nobis operantibus iuxta particulares & temporales rationes, licitum est vel e oppositum secundum illas rationes, immo aliquando ad id tenemur, ut infra patet.

48 Neque obstat quod voluntas Dei in omni suo volito sit iustissima & rectissima: tum quia non tenemur velle omnia quod iustum & rectum est nisi ad id praecipitur: tum etiam quia cum voluntas Dei sit altioris & universalioris ordinis, & respiciat ea quae vult sub universaliori motivo, quam voluntas creata, aliquando id quod iustum & rectum est respectu Dei, ut universalis provisoris, non est iustum nec rectum respectu causae particularis, ut patet in permissione peccatorum, & damnatione reprobatorum, quae Deus recte & iuste vult, & quae ego velle non possum, quia voluntas mea operatur secundum rationes particulares, & ad me non pertinet gubernatio universi.

49 Non obest etiam quod voluntas nostra debeat conformari primo volito, quod est regula & mensura ceterorum, nam ut ait D. Thomas q. 24. de verit. art. 8. ad 3. ex his quae proposita sunt in argumento, sed contra: Primum volitum a Deo, quod est mensura & regula omnium aliorum voluntatum, est finis voluntatis eius, scilicet sua bonitas; omnia enim alia non vult, nisi propter hunc finem; & ideo dum voluntas nostra divinae voluntati conformatur in fine, ad primum volitum omnia volita nostra regulantur.

Ad id quod addit de lege perfecte amicitiae requirentis concordiam voluntatum, respondet similiter in resp. ad 2. Quod amicitia consistit in concordia voluntatum magis quoad finem, quam quoad ipsa volita: plus enim esset amicitia felicitatis medicus, qui est vinum negaret propter desiderium sanitatis, quam si vellet ejus desiderio satisfacere de vini potatione in periculum sanitatis.

50 Deinde dico, non eodem modo loquendum esse de legibus amicitiae cum Deo, & cum hominibus: nam voluntas Dei est universalissima, & complectitur omnia; unde non solum vult aliquid fieri, sed etiam vult aliquid illi rei contrariari & in oppositum conari: quare cum Deo implet leges amicitiae: non solum qui vult aliquid quod a Deo volitum & factum est, sed etiam qui rei illi contrariatur, & conatur ad oppositum (secundo precepto) quia id totum complectitur voluntas talis amici.

51 Ad aliud de Samuelo lugente Saulem, respondeo verba illa non dici per modum increpationis, quasi peccaverit Samuel lugendo Saulem, sed per modum repulsa orationis ejus: quia in hoc non erat exadmandus Samuel pro Saule, cum Deus decrevisset eum abjicere.

52 Obijcies tertio: Homo tenetur conformari volito divino formali, ut diximus in prima conclusione: Ergo & materiali. Probatur consequentia: quia volitum Dei formale non reperitur in abstracto, sed in concreto, & applicatum illi vel illi materie: Ergo si homo tenetur conformari volito divino formali, tenetur etiam materiali & particulari volito conformari.

53 Respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Consequens, debet conformari volito materiali, secundum se & absolute, nego; ut subest formali, & stat sub ordine ad finem, concedo. Solutio est D. Thomae loco supra adducto ex q. 23. de verit. art. 8. ubi ait: *Divina voluntati simpliciter in fine conformari tenemur: in volito autem non, nisi secundum quod illud volitum consideratur sub ordine ad finem*, &c. Unde ibid. resp. ad 4. & 5. docet quod hoc modo voluntas humana Christi, & B. Virginis, conformis fuit voluntati divinae volenti Christum mori: nam quomvis Christus, dicens Matth. 26. *Pater mi, si possibile est, transi a me calice iste*, & B. Virgo dolens de Filii morte, non esset passioem illam secundum se consideratam, volebant tamen illam, ut erat volita a Deo ob redemptionem generis humani, ut prout stat sub ordine divinae voluntatis & providentiae.

54 Ad complementum huius questionis, Quaes, an licet homo non tenetur semper conformari voluntati divinae in volito materiali, id tamen semper licitum & laudabile sit?

Respondet id quidem regulariter loquendo esse bonum & laudabile, interdum tamen non licere, sed esse malum & peccatum.

Prima pars patet: Tum quia bonum & laudabile est quod nos vitiores, quantum possibile fuerit, conformemur in operando Beatis: At Beati non solum in volito formali, sed etiam in materiali conformantur voluntati divinae; Ergo talis conformitas, regulariter loquendo, est bona & laudabilis: immo veluti quidam magis & expressio, seu perquisitio & participatio futura beatitudinis. Tum etiam quia cum voluntas Dei sit prima regula totius sanctitatis; tanto magis homo perficitur & sanctificatur, quanto intimius divinae voluntati conjungitur. Ad id quod in tali conformitate consistit perfectissimum exercitium caritatis, ut ostendunt Granatenfis, Rodriguez, & alii Doctores mystici.

Secunda vero pars suadet: Licet quolibet volitum materiale Dei, comparatione ad ipsum Deum ut generalem provisorum, & universi gubernatorem, semper sit melius, non tamen respectu nostri: quia nos aliquando tenemur attendere ad rationem aliquam particularem praecipit, vel nocumenti proximi, vel scandalii; & sic sepe erit conveniens quod sub illis rationibus particularibus, non ipsum, sed oppositum prosequamur.

Confirmatur: Si quis videat patrem suum mori, & mori in peccato mortali, & per consequens esse damnatum, ex ipso opere videt id esse voluntatem Dei, alias non sic eveniret: Sed non est bonum & laudabile quod sic velit mortem & damnationem aeternam patris, immo ex caritate & pietate tenetur ei velle & procurare vitam & salutem aeternam: Ergo tunc non est bonum & laudabile convenire cum voluntate divina in volito materiali, secundum se & absolute sumpto: Quod addo: quia si tale volitum consideretur ut subest rationi formali sub qua volitum est a Deo, bonum est illi conformari, omne enim volitum a Deo, sub illa ratione sua quae est ab ipso volitum, iustum & sanctum est: unde Beati in celo qui operantur solum secundum rationes aeternas & superiores, & nihil vult nisi sub eo motivo sub quo est volitum a Deo, complacent sibi de morte & damnatione parentum, immo & de permissione peccatorum, & tota serie reprobationis aliorum sibi revelata a Deo, iuxta illud Psal. 37. *Lasabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris*.

DISPUTATIO VII.

De Moralitate actus exterioris.

Ad quaest. 20. D. Thomae.

PLURA disputari solent de bonitate & malitia actus exterioris, quae ex supra dictis facile intelligi possunt: unde pauca de his nobis hic superflue dicenda.

ARTICULUS UNICUS.

An actus exterior aliquid bonitatis vel malitiae addat ad voluntatem efficacem ejusdem exterioris actus?

CERTUM est de fide, actum exteriorem, interiori supposito, veram bonitatem & malitiam moralem habere, cum illo supposito sit liber, & rationi conformis vel difforsis. Unde in octo primis Decalogi praecipis, vel praecipiantur, vel prohibentur actus exteriores: certum est autem quod a Deo non prohibentur nisi mala, nec praecipiantur nisi bona. Item passim tam in veteri quam in novo Testamento reprehenduntur plures actus exteriores, & alii laudantur: quod evidens argumentum est aliquos esse malos, & alios bonos moraliter.

Hoc supposito, inquirimus an actus exterior addat bonitatem vel malitiam ad interiorem, a quo imperatur: vel extrinsece tantum ab eo bonus aut malus denominatur, sicut urina extrinsece tantum dicitur sana a sanitate quae est in animali?

Scotus quodlib. 18. art. 2. existimavit actum exteriorem addere bonitatem vel malitiam actui interiori, quantumcumque efficaci; ita ut plus bonitatis moralis habet voluntas dandi elemosynam cum actu dandi, quam intrinsece impedita; & plus malitiae voluntas occidendi hominem, occasione secuta, quam impedita. Eandem sententiam tenent ejus Discipuli, Liqueus, Tartarus, Balsolius, Rada, & alii quos refert & sequitur Franciscus Felix tract. de bon. & mal. c. 9. distic. 1. Quibus ex parte subscribit Vasquez hic disp. 37. c. 5. ubi docet actum omnino exteros, ut furari, occidere, &c. esse formaliter malos primario & per se, & non solum per determinationem a malitia interiorum; de bonitate vero asserit eam non inveniri formaliter, nisi in actu voluntatis.

Oppositum docent Magister Sententiarum in 2. dist. 42. & ibi Albertus Magnus, S. Bonaventura, Richardus, Durandus, & D. Thomas hic art. 4. cum omnibus ejus Discipulis, quos sequuntur plures ex Recentioribus. Unde sit §. I.

§. I.

Conclusio negativa statuitur.

Dico igitur: Actus exterior, qui est mera executio interioris actus voluntatis, non addit illi bonitatem vel malitiam simpliciter, in ordine ad premium vel poenam essentialia, sed solum secundum quid, & in ordine ad premium vel poenam accidentalem; sique non simpliciter, sed solum secundum quid hominem meliorem aut peiorem efficit.

Prima pars hujus conclusionis in primis colligitur ex Scriptura, & SS. Patribus: Deus enim Genes. 22. dixit Abraham: *Quia fecisti haec reus, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi*. Ubi apparet quod Dominus efficacem Abraham voluntatem non dilixit ab actu, in executione non posito ex impedimento exteriori, & adeo gratam voluntatem ipsius habuit, ac si vere occidisset filium. Unde Chrysostomus homil. 47. in Genesim verba illa expendens, subdit: *Quantum ad voluntatem cruentaverat: de reoram Patriarcha, & per eum suam immiserat gladium, perfectumque obulerat sacrificium: & idcirco Dominus, quasi sacrificio reipso consummato laudat justum*.

Item Marci 12. & Luca 21. duo minuta, quae vidua pauper misit in gazophylacium, antequam ut a Salvatore magis divitum elemosynis; quia scilicet voluntas in ea fuit major, & non ex opere, sed ex voluntate desumitur bonitas seu meritum, quando deest facultas. Unde Cyprianus tract. de operib. & elemosin. sic ait: *Viduum cum videret Dominus non de patrimonio, sed de animo opus ejus examinavit, & consideravit non quantum, sed ex quanto didisset, dixit, vidua ista plus omnibus misit in dona Dei*: Hinc August. cont. 1. in Psal. 105. inserit nullum esse quantumcumque pauperem, qui non possit habere elemosynam maritum: quia (inquit) *si non haberet facultatem vel arca quod dicitur, habet cor & voluntas*. Vel ut loquitur Greg. Mag. homil. 5. in Evang. *Ante oculos Dei nunquam vaesus est manus a numero, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate*. Id etiam videtur innuere Apost. 2. ad Corinth. 8. dum invitans fideles ad elemosynam, dicit: *Ut quaedam modum promptus est animus voluntatis, ita sit perfectior ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet*. Id est (ut exponit Theodoretus, Hieronymus, Anselmus, Nicolaus de Lyra, & alii) non minus Deo accepta est animi vestri promptitudo, etiam si minima possit dare, quam plura daretis, quae est voluntas, non ex operibus, pensatur meritum. Unde ait Glossa ibid. *si aqua volentis, aequaliter habet mercedem*.

Denique Chrilus Dominus Matth. 5. ut innotat confessionem interam voluntatis eandem habere malitiam, ac si actus elicitus fuisset, dicit: *Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam merchatus est eam in corde suo*. Quae verba expendens D. Bernardus Episc. 77. subdit: *Quid plurius, quid voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas?* Et D. Augustinus de lib. arbit. cap. 3. si cui (inquit) *non contingat facultas concubendi cum conjuge aliena, planium tamen aliquo modo sic id eum cupere, & si potestas datur, facturum esse, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur*.

Probatur secundo eadem pars ratione fundamentali: Bonitas vel malitia, a qua actus est & denominatur bonus vel malus moraliter, non est inhærens in actu exteriori: sed in interiori, a quo exterior intrinsece denominatur bonus, vel malus: Ergo actus exterior nullam addit actui interiori bonitatem vel malitiam moralem. Consequentia patet, quia denominativum extrinsecum nihil formae addit supra denominativum formale. Sicut sanum in urina nihil addit sanitatis supra sanitatem animalis. Antecedens probatur primo ex D. Thomae hic art. 3. ad 3. ubi ait: *Sicut a sano, quod est in corpore animalis, derivatur sanum ad medicinam & urinam: hoc modo a bonitate voluntatis derivatur bonitas actus exterioris*. Ergo sicut sanitas solum extrinseca denominatione est in medicina & urina, ita & bonitas moralis in actu exteriori, idem dicendum de malitia: unde idem S. Doctor infra quaest. 74. art. 2. ad 3. negat membra exteriora esse subiectum peccati: quod falsum esset: si actus exteriores essent formaliter & intrinsece mali, malitia morali.

Secundo idem Antecedens ratione suadet: Bonitas & malitia moralis fundantur in libertate, ut disp. 1. ostendimus; unde ibi solum potest esse bonitas vel malitia moralis intrinseca ubi est libertas intrinseca: Sed in actu exteriori potentia executiva, non est libertas intrinseca, sed tantum extrinseca, ut communitur docent Philosophi: Ergo nec bonitas aut malitia moralis intrinseca, sed dumtaxat extrinseca, ab actu voluntatis imperante desumpta.

Probatur tertio eadem pars ab inconvenienti quod sequitur ex adversa sententia. Si enim actus exterior potentia executiva bonitatem moralem intrinsecam actui interio voluntatis ipsum imperanti superadderet, sequeretur quod

Theol. Gener., Tom. III.

posset aliquis alium invitum privare aliqua bonitate moralis, subindeque merito & premio essentiali, ipsi correspondente & proportionato: Sed hoc dici nequit: alioquin bona honesta, & dona supernaturalia gratia & gloria, essent fortunata subiecta, sicut bona exteriora: Ergo nec illud. Sequela Majoris est evidens: potest enim aliquis alium violenter impedire ne aliquid opus bonum, quod efficaciter determinavit, executioni mandet: v. g. potest illum euntem in Ecclesiam ad audiendum sacrum, & ab incepto itinere violenter retrahere, vel dum vult praebere elemosynam pauperi, paratam pecuniam ei surripere: Ergo si actus exterior potentia executiva bonitatem vel malitiam simpliciter in ordine ad premium vel poenam essentialiam superaddat, poterit aliquis alium invitum alioquo merito & premio essentiali privare.

Secunda pars conclusionis, quae asserit opus exhibitum & executioni mandatum, addere quandam accidentalem bonitatem, vel malitiam, cui premium aut poena accidentalitatis correspondet, expresse docetur a D. Thoma in 2. dist. 40. quaest. art. 3. his verbis: *Actus exterior nihil adjungit ad premium essentialia, tantum enim meretur qui habet perfectam voluntatem aliquid bonum faciendi, quantum si faceret illud: ut si faciat unum actum, quantum si faceret multos, voluntate aequaliter perfecta manente*. Ad premium autem accidentale ordinatur per bonitatem, quae est ipsius actus exterioris secundum se. & ideo actus exterior adjungit aliquid ad premium accidentale.

Id clare patet exemplo martyrii, quo D. Thomas ibidem utitur ad id explicandum: docent enim communiter Theologi cum eodem S. Doctore in 4. dist. 49. q. 5. art. 2. quaest. 2. ad 3. eos qui volente martyres sunt, posse quidem mereri aequale, & majus premium essentialitatis, quam qui reipso patiuntur pro Christo; non tamen premium accidentale, quod aureola dicitur, quia illa solum debetur ipsi exteriori passioni, seu actuali tolerantiae mortis, in qua est specialis difficultas, cui premium aliquod accidentale correspondet.

Ex dictis intelliges, inepte omnino constitui a Vasquez differenciam inter bonitatem & malitiam, quantum ad hoc quod ista, non vero illa, reperitur formaliter & intrinsece in actu exteriori. Cum enim bonitas & malitia opponantur contrarie, aut privative: necesse ut in eodem subiecto, in quo est una, possit esse & alia; opposita enim sunt in eodem subiecto proximo & immediato, a quo se mutuo expellant: Ergo si in actibus externis fit formaliter & intrinsece malitia moralis, bonitas quoque in illis formaliter & intrinsece esse poterit; vel e contra si in illis non possit bonitas intrinsece reperiri, neque etiam malitia formaliter & intrinsece in ipsis esse poterit.

Confirmatur: Si in actibus aliarum potentiarum a voluntate est formalis malitia, & non formalis bonitas; sequitur in illis potentis esse habitus virtuosos, qui ex malis actibus earum frequentatis generantur, & in eisdem non possit esse habitus virtuosus: Sed hoc dici nequit. Ergo nec illud. Sequela Majoris patet: nam si in appetitu sensitivo v. g. multiplicatur actus intemperantiae formales, necesse est quod ex illis fit multiplicatus & repetitus generetur habitus intemperantiae: cum autem in tali potentia Vasquez non admittat actus bonos formales temperantiae, non poterit ibi generari habitus castitatis & temperantiae. Absurditas etiam Minoris est evidens: si enim vitia & virtutes essent, in diversis subiectis, non se mutuo excluderent, sed possent sese compari, etiam in gradibus intensis: sicut calor qui est in manu non expellit frigus pedis, immo possunt simul esse calor summus in manu, & frigus summus in pede.

§. II.

Præcipua objectiones solvantur.

Obijcies primo contra nostram assertionem: Peccatum 10 definitur a D. Thoma infra q. 71. art. 4. *Dicitur, factum, vel concupitum contra legem aeternam*. Et q. 72. art. 7. dividitur in peccatum cordis, oris & operis: Ergo non solum interiores actus, sed etiam externa facta, & dicta, sunt moraliter peccata, subindeque intrinsece mala.

Respondetur concessio Antecedente, negando Consequentiam: nam per dicta & facta, & per peccata oris, & operis, non intelliguntur soli actus externi, sed una cum actibus internis a quibus imperantur, & in quibus malitia consistit. Unde sensus prædictæ definitionis & divisionis est, quaedam dari peccata pure interna, quae in sola voluntate consistunt, neque in opus ad extra prorumpunt, & hæc vocantur peccata cordis: quaedam vero quae transeunt usque ad externa verba vel opera, & hæc prout includunt tam actus interiores imperantes, quam exteriores imperatos, dicuntur peccata oris vel operis. Solutio est D. Thomae infra q. 71. art. 7. ad 3. ubi cum sibi obijceret: *Non potest peccatum esse in ore vel in opere, nisi fiat prius in corde*: Ergo ista peccata non debent contra se invicem dividi. Respondent: *Dicenium quod peccata cordis & oris non distinguuntur*